53

Dyalog o Zbigniewie Oleśnickim pochodzi niewątpliwie z XV wieku. – Autorem jego prawdopodobnie był Jan Długosz dziejopis, o czem obszerniej rozpisałem się w rozprawie podanej Akademii Umiejętności w Krakowie i w korespondencyi do Przeglądu Katolickiego za miesiąc Lipiec 1881 r. – Zdaje się, że rękopism ten nie jest autografem, lecz później w XVI w. przepisany. Drukiem ogłoszony w Krakowie w r. b. 1881. –

X. Ludwik Jan Piotrowicz
prof. i Bibl. Semin. Sand.

Roku P. 1680. dnia 27 Pazdziernika w Wilią SS. Symona y Judy pod znakiem Raka, godziny siodmey na dzien na puł zegarzu. Vrodził się pierworodny syn. Wielmoznemu Jegomsci Panu Zbygniewowi z Oleśnice Oleśnickiemu Opoczynskiemu &c Staroscie. z Wielmozney Jeymsci Paniey Zophiey z Skoliszyna wSzczekarzewicach, Krzesnym Oycem został Wielmozny Jegomosc Pan Jan z Oleśnice Stryi iego rodzony, á Matką Krzesną Jeymosc Pani Zophia z Sczesznice Hanenic Woiewodzina Lubelska, imie na Krzcie wziął Dziada swego Mikołai niech rosnie na chwałe Bożą ozdobe przezacney Familiey swoiey, y Oyczyzny obrone.

ANNO DOMINI. M443. Obÿt Magnificus Dominus Dobeslaus de Olesnica Palatinus Sandomiriensis, habens Coniugem Dominam Catharinam Filiam Domini Demetrÿ de Bozydar, cum qua habuit XII. Filios, videlicet Ioannem Castellanum Leopoliensem; Petrum Venatorem Sandomiriensem, Paulum, Iacobum, Archiepiscopum Gnesnensem, Nicolaum Archidiaconum Sandomiriensem, Demetrium Præpositum Scarbmiriensem Canonicos Gnesnenses & Cracouienses, Andream Succamerarium Sandomiriensem, Mathiam, Victorinum, Sigismundum, Zbigneum, & Martinum. Filias vero Catherinam, Elizabeth, & Dorotheam Consortem Magnifici Domini Ioannis de Koniecpole Cancellarÿ Regni Poloniæ.

THOMAS · IOANNES · GORIAS

Nosti quã solida ecclesię regniq; columna
Occidit, et nostri extincta est Lux aurea mundi

Joannes

H Eu scio. sed mecum tacitus submurmuro quid sit
V T vir tam celebris. cui nostro tempore nullus
M Oribus et sanctis virtutibus ingenioq;
Æ Quari potuit vitam aut superare beatam
N On potuit viuus odiis caruisse malorum.

Thomas

V Erum est. non mirere tamen deus ipse magister
D Ispositor rerum mirabilis atq; repertor
S Ic iubet. et vicia virtuti sunt inimica
N Ec bonus esse potes si te contraria semper
S Pernant. et fęlix viuas rebusq; secundis
N Ec fortem dicam. si non aduersa potenter
E Xcipis et varios patiens patiare dolores
E Xiguumq; puto si te fortuna malorum
F Ecerit indignum. nam virtus fortia semper
A Greditur certat. vincit nescitq; timere

Joannes

N On animum sed opes fertur fortuna caducas
A Vferre. et fortes metuit premitq; pusillos

Thomas

E T sapis. et sapies modo si me pergere sinas
F Elici aduersam veteres pręstare solebant
F Ortunam et miseram sine detractore putabāt
A Duersumqȝ bonos animum deus ipse paternum
S Emper habet nam quos amat et vexare videtur.
E Xercetqȝ alios damnis, alios certamine duro
E Xagitat. spectatqȝ libens luctantia corda
N Ec malus vlla loqui poterit nisi praua. nec illi
A S sentire potest aliter sua lingua maligna

Joannes

Q Vis modo tam paciens animi cultorqȝ beatę
V Irtutis: linguas poterit tot ferre malorum
R Aro viros tales hoc nostrum protulit evum

Thomas

C Rede mihi talis fuit hic. quem cum bene nosti
Q Vid nisi iusticia. bonitas, patientia, virtus.
E T pietas summa constancia firmaqȝ fides
T Otus erat totis presul dum vixit in annis
H Ysqȝ bonis cęlum meruit sedesqȝ beatas

Joannes

C Larius ista mihi quam vellem dicier haud te
N Amqȝ latent ista quę nunc succincta monuisti

Thomas

Q Vid praua illa heresis Bohemoruȝ digna gehennę
P Atrasset. nosti et rabido quam corda veneno

Redderet insana quę iam fedauerat egras
Multorum mentes si presul peruigil altis
Artibus et studiis caput obiectando periclis
Atq; neci vitam non supressisset eandem.

Joannes

O Vtinam libeat tibi plura. T. nec omnia possum
Dicere. nam longam seriem tempusq; requirunt
Hoc tamen ex multis insigne decus pater ipse
Quod m̄ri nostræ studiorum principis almę
Fecerit. olim humiles paruasq; casas et inane
Ecce Iherosolimę nomen veterisq; ruinę
Nam videas claris quam fulget splendida tectis
Mira domus. clericis quam presul egenis
Atq; peregrinis. quos causa vocaret ad vrbem
Hanc nostram. egregii studii morisq; salubris
Fundauit latere cocto. saxisq; decoris
Aspice saxea. quod struxit templa decore
Magnifico. quibus calices et cetera sacra
Aurea vasa dedit vario celata labore
Aspice quam nitido scintillat onustus ab auro
Ecce calix huius almę sedisq; beatę.
Cum mitra vestes auro gemmisq; rigentes
Ipse dedit. Sed nec te Bernhardine beatę
Preterit immunem tua felix festa quotannis
Quam coluit lectusq; tuum celebrauit honorem

VT domus illa tua testatur quam pius auxit.
IPse pater grauido sumptu fratresq; vocauit

Joannes

GLoria tanta viri nunquā veterascet Tho at illa
SAncta sacerdotum numero loca digna superbo
ORdinis aut Petri vel religionis amore
QVot struxit sileo. miseris quot feta vel egris
AVxerit hospitia victu rebusq; repleuit
HEu miserum gemitus tali se patre carere
MOnstrat adhuc lachrymis longos et flebit in annos
DOtem virginibus quas pressit pauper egestas
QVam facie lęta dederat tam mente serena
PAuper, egenus, inops alieno aut ere grauatus
QVos pater ipse pauit. aluit. curauit. et illis
NEc pietas patria, caritas nec defuit vnquam
MAgna Stanislaus prothomartir noster et huius
ECclesiæ pręsul fertur fecisse quod vnum
RVs mercatus erat pręcio sediq; locauit
AT pius hic opida duo princeps. et tria castra
ET sexagenas villas vberrima rura
TErrę Seuerię Theschnensis clara Ducatus
QVę nobis tristis quondam pestisq; metusq;
SEmper erant odia mala pax et federa nulla
NVnc regni excubię grate portęq; salubres
DVm pater hęc opibus propriis pręcioq; coemit

INciderat quondam Vitowdo leua voluntas
MVtari magnum in regali a sceptra ducatum
LItwanum cupiens hoc sacrum scindere regnum
HÆc scissura mali. quantum peperisset iniqui
DAmnaq; Cricolis ingentia et bella futuris
INstare. ingenio presul sūmouit et arte
PRincipis ambiguas curas mentemq; sinistram
IAm satis et si dies mille noctes quoq; mille.
IVngam millenis si possem dicere linguis
NEc sua virtutum nec laudum pręconia digne
PArua licet fragili possem describere culmo

Joannes

DA veniam precor et non indignere petenti
NEc pigeat cupide nam scis quod quero docere.

Thomas

QVitquid erit. nec me fugit. haud dixisse pigebit.

Joannes

DIcitur errasse quandoq; sua ratione

Thomas

HVmanus nature non vicio datur error.

Joannes

PRimus erat consul aiunt et ductor et autor
INfausti itineris quo regem duxit ad illam
HVnorum gentem validam ditissima regna
SEd teucrorum odiis semperq; furoribus acta

Thomas

D Vxit. et est verum fueratq; hec ductio fęlix.
F Ęlix et potuit regnare diuq; per annos
F Ęlix perpetuos. si non auaritia mater,
H Anc infęlicem peperisset. leuaq; fata
E T Wladi fraus digna mali Myrceq; dolosi
A Dde et peruersa fidei periuria nostrę

IOANNES

H Eu quam timeo regis regniq; saluti.

Thomas

N Il metuas fęlix Rex Wladislaus ad arma
E Ius consilio tunc pergit, et omnia fęlix
I N teucris victor multa cum laude peregit.

Ioannes

F Ecisti his dictis nimium me Thoma secundis
I Ocundum: nec credo dies festiuior vnquam
E sse mihi poterit: nec erit me lętior alter

Thomas

S Ic domuit teucras dextra victrice phalangas
E T cępit validos seua de gente tirannos
T Vnc trepidare suum cępit gens barbara nomen.
E Tque regna animis fracti trepidantibus huni
D Vdum perdiderant longis iam rapta diebus
R Eddita sunt regi. et bini sine lumine nati.
D Espoti. teucer quos iam cecauerat olim
R Edditur et magni numeratur ponderis aurū

T | Vnc prius ignoram teneri cum federe pacem
E | T dextras dextris iungi sine mora petebant

IOANNES

C | Vm soleat virtus laxari fessa labore.
N | Vm posuit victor tanti tunc arma triumphi

THOMAS

N | On potuit flecti quin semper firma voluntas
T | Ota fuit totam gentem delere prophanam

Ioannes

A | N ne iterum pergit Thomas animi fidens Iuliani
R | Vrsus in arma furit pauca comitante caterua
H | Vnorum sequitur varium genus atqz bilingwe
F | Raudis dragulee quo non sceleratius vllum
E | sse potest prauum semper. semperq; dolosum

Ioannes

A | Vt me prestigia terrent aut somnia vana
N | Escio quid mihi mens portentat inde sinistri

Thomas

A | Vt ego qm̄ tremulis vide labris verba regusto

Ioannes

D | Ic precor vt poteris et iam lacrimabim̄us ambo

Thomas

P | Ostquam vidit agi Rex cuncta sub ordine nullo
N | Vnc primum sensit quantum preclara valerent
P | Resulis ingenia. racio quantumq; vigerent.

MVlta pater verbis regem scriptisq; monebat
NE violet turbetq; fidem pacemq; retractet
QVam iam teste deo teucris iurauerat olim
QVantis hunc lachrimis precibus quantisq; secutꝰ
PErgentem vt redeat referatq; pedem patrieq;
Afflicte. de se suspiria longa trahentis
ET dulcis lachrimas matris soletur amaras
POstremoq; graues monuit meminisse dolores
QVos tulit ipse suo discessu frater amaro
SIc pater ipse pius hortatur et obsecrat illi
Ingentem memorans teucro de sanguine predaꝫ
IAm tociens pridem superis presentibus actam

Joannes

QVid. nec sit animum regis potuit pater ipse
FRangere: nec placide fessum reuocare quieti!

Thomas

PErdidit omne pater tempus. nam Rex mala belli
INcertasq; vices martis durosq; labores
DEliciis cunctis sic pretulit et sibi vitam
SIc statuit sanctam pro cristi nomine. tunc tunc
PErgit iter ceptum nequitquaꝫ. namq; pudende
QVam primum audaci congressu ad preli a ventū est
DRagula gens consueta fuge irreuocabile wlgus
HEu fugit nec dum teucroꝝ viribus acta
INfamiq; fuga prope iam victoribus altos

TErrores peperit nostris. et ab hostē retorsit
IAm victo. cuius in sanguine corpora cesa
MVlta volutabāt. pars cętera versa retrorsuꝫ
FEssa fugam petiit sic nostri fraude dolosa
DRagulee gentis currunt passimqꝫ vagantur
ET socius socium certant deuincere cursu
SIc simul attoniti fugiunt Huniqꝫ Poloni
IT regem solum dubio in certamine linquunt
LInquunt ad Varne portum infelicis arene
IPse inter densos princeps dum fertur in hostes
DIsperuit. nemo viuat ne an liquerit orbem
SCire potest. variis certat sententia dictis.

Joannes

QVę modo pro meritis fidei spes certa reposta est
NEc si pręmia sunt, quę tam fidei amator
ECclesię sanctę et cristi pugnator in hostes
PRomeruit moriens. vt nec sua membra sepulcro
COndita marmureo reguꝫ de more quiescant
NAmqꝫ pio regi lacrimarum fundimus alta.
FLumina. nunc iterum p̄ris memor acta sequaris

Thomas

QVis poterit totos quę gesserit ipse per annos
FActa recensere. totum wlgata per orbem

Joannes

DIc precor. an contra, regeꝫ regniqꝫ senatum.

CArdinis hoc decus et sacrum pater ipse capelluz
AMbiit. hec nulli tibi quam melius patuere.

Thomas

HEc reuocare noua dum queris vesper olimpo
SVccedet pelletq3 diem sparget q3 tenebras
SEd que certa scio tempusq3 moreq3 vacabunt
DIcere non vereor veruz nunquaq3 verebor
NOn veniet. sed nec veniet sacer ipse capellus
AMplius inde decus tale hoc venerabile donum
IMpia dum sanctam lacerarent scismata Romam
QVantum tunc sancte Romane sedis honorem
REx Wladislaus et regni sacra potestas
NOstri promeruit hoc consule eoq3 magistro
TOtus vt hunc passim celebraret laudibus orbis
QVod flecti in neutram partem potuitq3 videri
TRactator dubius fidei sancte sed alumnus
SEdis Romane stabilis fixusq3 manebat
DOctoresq3 suos in eo superabat et omnes
BAsilee longos vexantes temporis annos

Joannes

HEc de Basileo cetu certissima res est
ATq3 animo regis sed tu promissa docere
PErge precor meritum doce finemq3 capelli

Thomas

HOc est quo meruit regniq3 suumq3 decorem.

REx prius insuetum et sacro dyademate frontem
ORnari voluit Sbignei presulis huius
EVgenium nosti quam dignus papa. nec ipso
FAta sequens felix indignior. hunc Nicolaus
COnsequitur toto fama celeberrimus evo
HX tres pontifices summi. tres cardine digno
SBigneo sacros nostro misere capellos
SVscipe quam rutilis aspectant orbibus urnam
HAnc æneam et sacros cineres et numen adorant
HOc inquam voluit hunc Rex ornare decore
SEd reuitente diu finemq; videre volente
SCismatis ecclesię tunc cleri presul amore
ET populi victus patrias remeauit ad oras
TVnc ubi diuinum Rex Wladislaus honorem
AD Varnam meruit felix celumq; petiuit
QVam celebri voto tūc rex Cazimire paterna
FElix sceptra capis. felixq; diuq; tenebis
AD cumulum tibi tunc perfecti cessit honoris
DVm sacer ille tibi magno pro munere fratri.
MIttitur oblatus Romana sede capellus
QVo tua celestis voluit diuinaq; virtus
EX ornare unū hunc et te tanto munere dignū
EGregium facinus non enarrabile dictu
NEc prius auditū. nec pridem sidera norant
TRes tribus a summis. dum sacros sumere fasces

Hic presul meruit. operum monimenta suoruz
Cuius et ingenio quāquā tua diua potestas
Claruit. et fama totum resparserat orbem
Inconsueta prius nobis tibi mistica dona
Aurea sacra rosa. sacro pro munere missa
Aut quibus hic sacri iubilei exacta tributa
Regibus et regno studiis pater obtinuit aut
Ad robur fidei sancte distraxit eadem
Hec regno pauca de multis sufficiant. nam
Que clero. matri studiorum. que vel egenis
Pauperibus viduis. que quantaqz fecerit orbis
Cuncta prius dixi. similem tibi dicere nusquaz
Nec scio nec possum. iam me dimite quietum

IOANNES

Obsecro adhuc unum doceas. missumqz facesso

THOMAS

Desine. iam scio quid cupias aut querere tēptas
Nempe hos prussie lentos tardosqz triumphos
Quos dudum sequimur fugientes. verte precamur
Et meliora tuis facessis trahe fusa lacertis
Ut reuocet sistetqz graduz iam mobilis ordo
Si pater huic pigro fuerat caput ipse labori
Ista tibi nemo melius si tanta cupido est
Hic nisi qui vadit poterit narrare Gorias

GORIAS

ILla ego que vidi. nemo est qui nesciat illa
DIcere nec levius quisquaȝ poterit nisi verum
NAm facile est rem gestam ut gesta est dice cuiqȝ
NOn pater hic fuerat solo cum principe solus
SEd Rex et tota regni veneranda potestas
VNa omnis populusqȝ fuit sanctusqȝ senatus
REgni totius illustrē et nobile nomen
IPse pater tunc quā memori et qua mente ferebat
IN medium. que gesta diu fuerant. quibus annis
INter prutenos et nostra hec inclita regna
IT que quaqȝ die fuerat sentencia Lata
IVsta vel iniusta docuit. tunc omnia presul

Thomas

O Omnia sunt vera que narrat. nam mihi dudum
HEc pater ut redigam simul et congesta reponaȝ
COmmisit dicens. hec nunc mea iam tua sunt

Joannes

SIc est. sed tu perge precor. finemqȝ priori
INcepto facias. et nos absolue GORIA

GORIAS

MEns presaga mali semper belli futuri
HVius visa fuit. variis supressa figuris
POntificis summi iam suasit vota precari
HEqȝ sacerdotem fore. sed nec phas alienos
HYs fore Lituanos. sic multa timenda recondit

HEcqz nec esse sui. sed consilii potioris
ET magis audacis. ac bella insana petentis
ET quociens ipsum series poscebat eadem
AVt hys aut paribus texit sua verba figuris
VT possis facile comprehendere prelia quanta
INstarent nobis monuit tum omnia presul

Joannes

DIuinum ingeniuz mortali corpore narrat
TAle quis audierit. quis non miretur. et alta
PEctoris arcana. memoris quoqz verba senecte

Thomas

CErte equidem noui nullum similez sibi. namqz
FLorebat planis eius sapiencia dictis
DVm voluit vario paradigmate flexit eandez
IPse Capistranus sanctis virtutibus orbem
EXornans venit. Regni venerabilis hospes
IAm felix inquit viuam moriarqz beatus
CVm mihi Sbignei et facies et cognita virtus
QVa caritate senex manibus tuis mille reliquit
OSscula sacratis discedens tristis. et inquit
FIrma columna vale fidei semper valitura
TVqz nouuz sidus valeas sic presul amicis
REspondit verbis lacrimis suffusus vterqz.
COrpore discedunt quos Christus iunxit amore

Joannes

QVis finis Tho finis. quis nam nisi certe beatus
DEbuit esse viri talis. qui dum bene vixit
COnsumpsitqz dies cui virtutibus omnes
NAm clerus fuit hoc semper sub presule tutus
ECce abiit vide iam qm̄ nos indigna fatigant
TEmpora. et nostrorū quanta est angustia rerum
NOn potuit stigias ferri hic moriturus ad vmbras
SEd Christuz cristi est confessor ad astra secutus
CRedo nouo pulcrum iam gaudet sidere celum

Joannes

DIc precor extremuz meruit quez presul honorez

Thomas

Ob mihi quas cordis lacrimas extrudis ab alto
QVos gemitus Marcelle tibi maworcia tellus
FVderit et lacrimas. pietatis funera quando
QVingentis Cesar loculis centumqz peregit
HAud tibi dissimile supremi munus honoris
FVneris officio presul pie et Cesare digno.
HEc vrbs illustris celebrauit et inclita princeps
ET mater studii et sedes clarissima regum
ATqz pium corpus vrna hac cumulauit aena

Joannes &

SIste precor lacrimas Tho. nequeo nec viuē dulce
ESt mihi crede sequar lacrimans hūc tempore paruo

Joannes

S Iquid adhuc meminisse putes te fare Goria
P Luribus hunc vereor metuoqꝫ lacessere verbis
G orias. audiui dubio postremū seria regi
D Isserit vt mores incultos mutet. et inquit
M oribus aut istis o rex tibi vita tuenda est
A Tqꝫ regenda magis. dum feruens pascitur etas
S I parere tuis vis iussis. iusta iubeto
I Niusta imperia parua labuntur in hora
N on mercede fidem patriæ queras sed amore
P Arta fides precio. precio finitur eodem
P Restat amor meliorem q̄m tortura timorem
C Rede fides melius regem quam parma tuetur
Q Vid patriæ debeas. quid ciuibus hec tibi curæ
N Am patriæ ciues seruare est maxima virtus
I N quos nil temere studeas statuisse. sed illis
I Vstus iusticiarum seruato et iura paterna
P Arcius aut nunquam fortunæ crede secundæ
N Am fortuna leuat nunc hos: nūc deprimit illos
S I te cura iuuat martis vel prelia poscunt
R Aro venare. venātes arma recusant
S Epius indedecus neglectus vertitur ensis
P Auperis et viduæ solus cognoscito causam
P Arte inaudita quitquid statuis periniquuꝫ est
N on liceat quodcumqꝫ tibi quod non decet vllum
N Am quo plus liceat tibi tanto plus vereare

S Ic pius ipse pater longum memorandus in euum
T Alibus ornabat regem dictisqꝫ monebat
C Aucior ut fieret armis sua cura futuris

Joannes

A Mbo tuis magno debemus amore Goria
H Ys meritis grates. sed quid tu murmure rauco
L Abra teris Thoma. vel adhuc quid dicē pergis

Thomas

E ST quod adhuc animo subiit quod fugerat ante

Joannes

F Are age iam roseas sol ponto mergit habenas
T Homas esto suis diuum potuit superare senatum
P Resul consiliis. quis et hæc viciandа putaret
Q Vę bona tunc regno nostro quę gloria regi
C Esserat ęx illa quacumqꝫ fuit racione
T Erra tocius Prussiæ et menibus altis
V Rbibus et pagis duro sine marte potitis
Q Vis nisi sane mentis pauperqꝫ vetabit.
H Æc. sed iam videant qui tam possessa pudende
P Erdunt et tantis regnum inuoluere periclis

Joannes

E Cce puer cenę verus mihi nunctius apte
C Enemus simul incenes nec abibitis vsquam

Thomas

S Tat sententia certa nec aduersere GORIA

EGORIAS

N Nec sum nec fiam vobis contrarius ibo

ALIVD·EPI TAPHIVM

Felix terra mihi celebrauit Olesnicza partum
I Ngenium laudez dedit vrbs Cracouia frugem
P Ontificis magnum Rex Wladislaus honorem
T Res dedit et sacros sedes Romana capellos
O Rnauiqz deos sancta virtute hominesqz
I Am pręsul tumulo Sbigneus claudor in isto.

ALIVD·EPI TAPHIVM

O Sbignee tuas pręsul dignissime laudes
D Icē quis digne valeat quas inclita virtus
E T tua promeruit probitas. si dicere fas est
E Xuperant cunctos. qui sacra tempora lauro
C Inxerunt vates. et linguis mille locutos
S Imaro vel linguę si princeps ille latine
A Vt quez grādiloquuz grai venerantur Homeruz
H Vc veniant. tanta stupidi virtute silebunt.
M Irantes titulos tot in vno pectore laudum
E T sacri fontis ministrantes pocula musę
A Ttonite toto subsistent agmine visu
Q Veqz senex mundus annos laudabit in omnes
Q Vis clari generis eius primordia dicet.

NOta satis fuerat illustris Olesnicza terris
NOcior hoc nato fama super ethera creuit.
COnsilium dubiis quis erat prestantior illo
QVi dedit in rebus. et opem prestare salutis
SVpplicibus studuit. diuinum quisque ferebat
REsponsum. portuque vices meliore locabat
MAioresque moras cupiunt pluresque labores
EIus virtutes si quis describere digne
ILlas contendat quibus. a teneris pr̄ annis
DIuinam ornabat mentem. potior quis egenis
OMnibus. et miseris. tantum pietatis amorem
EXhibuit grata misere solatia vite
AVt quis iustitie cultor tam fortis amorque
REligionis erat sancte. probitate quis alter
FVlgebat tanta. sed et inconcussa columna
CAtholice fidei. vegetum ingenium studiumque
CVi tantum etheree fuit aut discrecio mentis
NOn opus est dictu. quo sumptu pluriam struxit
TEmpla vel hospitia clero miserisque leuamen
ATque dei cultum qua religione beauit
VEstibus et vasis gemmis auroque superbis
ORnauit. quibus in terris si nulla preconem.
FAta darent. nec sic sua virtus. laude careret
QVam bene mortales et celi sidera norunt
QVam constanti animo. capitis summoque periclo

Illa heresis praue wikleff contagia pressit
Hvsz quoqꝫ peruersam rabiem sectāqꝫ malignā
Qve labi solidas prope iam fecere columnas
QVas vix in tuto rursus pater ipse locauit
LIgnea parua domus olim paruęqꝫ cauernę
ECce Iherosolimę fuerat. quam wlgus inane
INcoluit semper. claris iam splendida tectis
EGegium clero studium victumqꝫ ministrat
EN vide quam latere struxit saxisqꝫ decoris
IPse pater munusqꝫ pium nemo esse negabit
QVe mala tot regni pressit sortesqꝫ malignas
DVm sexagenas villas. tria castra Ducatus
SEueriensis quę nostris infensa colonis
SEmper erant: bona terra sed inconsueta quietis
SEmper et insidians et semper fędera rumpens
HEc mala summouit precio p̄r ecclesię dum
EMpta suę iunxit. pulcrum monile coronę
INseruit nostrę et meliori pace locauit
QVam virtute fuit super ęthera notus vt inde
VIr prisca sibi magnum cumularet honorem
DVm titulum sacri Sbigneus cardinis eius
SVscepit. nam cum tres. tres sibi summi
POntifices sacros vlltro misere capellos
TAntum prisca tuos Nicolai munere fasces
SVscepit. quę tribus felix ea munera lustris

GEsserat ac vno sumis cum laudibus anno
POst hęc expletis omni pietate diebus
ET sexagenos sex vitæ impleuerat annos
PResulis hoc insigne decus triginta duobus
ANnis exegit. restabat vt inclita virtus
ACciperet brauium cursus sanctiqz laboris
VIrgineę sobolis iam mille fluentibus annis
QVadringentenis quingenis quinqz iungatis
PRima luce sua florum violator aprilis
HVnc rapuit nobis præciosa morte sopituz
COrpus in hoc tumulo cęlis animarum locauit

Aliud Epita-phium

FElices cineres Sbignei pręsulis ista
FOssa tenet. quem tres tribus ornauere capellis
POntifices summi. cui virtus inclita laudes
SEmper aget. nomenqz suum celebrauit in ęvum
OFęlix vrna quę tanti condere patris
PRomeruit corpus diuis equata sepulcris
FElix et tali gaudebit Oleśnicza nato.
LVcida perpetuum dum voluet sidera celum

Roku Tysiącnego Szescsetnego Iedenastego dnia Czte-
rynastego Maia pod znamieniem Blyszncow y Smoczey glowy w So-
bote po Bozym wstąpieniu, godzina spoludnia na całem zegarze
o siedmnastey : na pulzegarzu o pierwszey. Vrodzila mi sie Corka
w Iaworze z małzonki mey Paniey Zophiey z Lubomierza. Bo-
day rosla ku Chwale Bozey nam ku pociesze Amen.

Anno Dñi Millesimo Sextentesimo Tertio die Sedecima Nouembris id est pri„
ma Dñica post festum S. Martini sub signo Arietis, gradu vigesimo primo, sub A„
spectu opposito Iouis, hora vigesima. Natus est in Castro Dopczice, Ill.ri et Mag.co
Dño Nicolao de Olesnica Castellano Malogostensi; ex Mag.ca Dña Zophia de
Lubomierz filia, Ill.ris et Mag.ci Dñi Sebastiani de Lubomierz Comitis in Wi„
sniez Cast.ni Woinicensis: Sandecensis, Scepusiensis, Dopcziciensis, etc: Capita„
nei; et Annæ de Rusce Branicka eiusdem Dñi Sebastiani de Lubomierz consortis
filia, Filius primogenitus: Zbigneus; leuatus de fonte S. Baptizmatis per Ill.mum et
et Reuer.mum Dñum Bernardum Macieiowski S. R. E. Cardinalem Presbyteru
Administratorem Episcopatus Cracouiensis et Ducatus Seueriensis. Patrinos at
habuit Ill.um et Mag.cum D. Zigismundum de Mirow* supremum Regni Poloniæ
Mareschalcum etc: etc: et Annam de Mirow Ill.ris et mag.ci D. Joannis de Rusce
Branicki Castellani Biecensis Consortem. Crescat ad laudem Dei Opt.
Max: vtilitatem Patriæ: et honorem atq; decus familiæ suæ Inclitæ.

* myszkowski

Anno Dñi 1.6.0.5. die octaua Augusti sub signo geminorum, gradu quarto, sub a„
spectu trino Saturni et Veneris tribus quadrantibus ante quindecimam. Natus est
Ill.ri et Mag.co Dño Nicolao de Olesnica Castellano Malogostensi ex eadem Co„
sorte alter filius nomine Joannes in villa hæreditaria Iawor: leuatus ex fonte Bap„
tismatis per Reuerendum Dñum Hyeronymum Osolinski Abbatem Coprziuni„
censem. Patrinos autem habuit Ill.mum Dñum Ianusium Ducem de Ostrog Castel„
lanum Cracou.m et Ill.m ac mag.cam Dñam Caterinam de Rusce Branicka Virginem
Sororem germanam Auiæ suæ.

W tem że Roku w Swiąteczną niedzielę dnia dwudziestego wtorego Ma„
ia Corka moia okrzcona, ktorey dano imie Anna, przez Wielebnego X. Sta„
nisława Szczekowskiego Plebana z Starey Słupszy przy Jeo Msci X. Janie
Gastomskiem na to zesłanym od Jasnie wielmoznego Jeo Msci X. Piotra
Tylyckiego Biskupa Krakowskiego zostaiac na mieyscu iego Oycem krzco„
nym. A Matka krzczona była własna Babka Jasnie Wielmozna Jei Msc
Pani Anna z Ruszcza Lubomierska Kasztelanka Woynicka.

1389 Sbigneus Cardinalis de Olesnicza
natus 1389
Vixit annis 66.
Praefuit Ecclesiae Episcopus 32 annis
Mortuus anno Dni 1455 April. 1a
Praefuit Ecclesiae Cardinalis 16 annis

Emit pro Ecclesia Ducatum Seueriens[em] in quo erant oppida duo tria Castra, sexaginta villae.

1563
1503
60

In Academia Crac[oviensi] domum muratam extruxit, Hierusalem dictam, pro studiosis b[...].

1563
1005
55

Ecclesiam Collegiatam in oppido Kielcze à Tartaris deuastatam in nitorem suum restaurauit et censu uberiore auxit